

EVM Do-
MINO,
&c.

missio hictore imperat equo descenderet, ac pedibus, si quid vellet, Cōsulem adiret. Quo factō tantum abfuit vt pater offenderetur, aut patrio illo iure magistratum violaret, quin potius & paruit vltro, & laudauit: sic namq; Remp. dum eius dignitas parētibus ac liberis antefertur, talem ac tantam euassisse. Præterea etiam lex vite ac necis potestatem tribuit. Verū huic iuri Romani Imperatores atque Iurisconsulti detraxerunt, & ad naturale æquitatem reducerunt, vt ex plurimis Pandectarum, Codicis, & Nouellarum Constitutionum locis apparet: tēque filium vendendi. Huius partis testem habemus Dionysium Halicarnass. l. 2. qui etiam illud addit, maiorem hac lege patribus in filios, quā heris in seruos licentiam esse permissam. Seruum enim semel venditum, si à nouo domino manumittatur, sui iuris efficit: At filium nō prius suæ potestatis fieri, quā ter à patre suo venditus, ter à suis dominis manumissus fuerit. Verūm, vt ait Iustinianus Imperator, ius illud atque immensa potestas ciuium Romanorum proprium fuit: nullo autem præterea fuisse homines, qui talem in liberis potestatem haberent, affirmat. Quamquam & apud Hebræos filiam vendere pater poterat, vt legitur Exod. 21. vers. 7. nec an sapius id fieri liceret apte significatur: imò & seipsum Leuit. 25. cum tota familia, & vxore, & liberis. Sed erat clemens illa seruitus, & similis operarum conductarum. Illos namque seruitute famulorum opprimi vetabat lex: & quasi mercenarios ac colonos haberi iubebat. Deinde nec alieno populo, ab iis qui emissent, venire fas erat, alioqui enim vindex libertatis Deus foret. Postremò, nec diuturna, multò minus perpetua manebat illa seruitus. Nam septimo quoque anno diuinæ legis beneficio in libertatem asserebantur. Deuteron. 15. Num verò etiam apud Christianos à parentibus liberis pretio distrahi posse putamus? Equidem, si de hæreticis & à fide nostra alienis sermo sit, huiusmodi Christianorum liberis in seruitutem tradi, ne eorundem fides periclitetur, posse negamus. Inuenio & aliam legem huic venditioni à Summis præscriptam, ne citra extremam necessitatem fiat; alioquin enim emptorem peccare mortaliter asserit Enchiridij cap. 23. num. 95. Nauarrus. Quo iudice rei constituerentur multi, qui olim suos liberis locupletioribus, dum illis amplificandis student, vendiderunt. Qua de re Cassiodorus Variar. lib. 8. Epist. 33. Lucania celebrem conuentum, quo S. Cypriani natalis dies celebrabatur, describens, inter cætera hæc ait: Præsto sunt pueri ac puellæ diuerso sexu atque ætate conspicui, quos non facit captiuitas esse sub pretio, sed libertas: hos merito parentes vendunt, quoniam de ipsa famulatione proficiunt. Dubium quippe non est, seruos posse meliorari, qui de labore agrorum ad vrbana seruitia transferuntur. Hæc ille. Addamus & redimi posse quocunque tempore etiam inuitis dominis, vel soluto pretio, vel alio mancipio tradito, & in pristinum statum restitui: nec libertum euadere, sed esse liberum, quemadmodum Couar. lib. 3. Variar. c. 14. docet ex iure ciuili, Codic. de patri-

Dionys. Halicar.

Iustin.

Patria potestatis à posterius derogatum est.

Hebræis se cū tota familia vendere licuit.

Clemens hoc vtriusq; seruitus.

Christiani an possint liberis pretio distrahere.

Nauarrus.

Cassiodor.

Couar.

I.

A bus qui filios distraxerunt. l. 2. Iam igitur minus iniqua lex, quæ prolis nundinationē parentibus indulget, videbitur. Verūm fuerit aliquādo lex illa æquissima: nunc tamen, si Soto credimus, apud Christianos in vfu non est. Arguit tamen præcedentium licentia temporum non profusus id naturali æquitati repugnare: neque enim tot sæculis Christiani principes eam legem tolerassent, aut Catholici etiamnū Doctores sua relatione approbarēt. Inuenio autem apud maiores nostros, etiam ablata spe redēptionis, liberos in seruitutē à parentibus voto traditos. Refert namque Adreual. Floriacensis Monachus nobilem puellā desperata valetudine à parentibus S. Benedicto commendatam ea lege, vt, si conualesceret, ipsa in posterum perpetuæ seruituti manciparetur, atque cænobij Floriacensis dominio addiceretur. Quam conditionem non modò ipsa incolumitati reddita subiit, verum etiā posteri eius, beatissimi patris obsequio, ac cænobij vtilitatibus, non mente solū, verum etiam sorte ac cōditione addictissimi. Igitur, vt in id quoque vite genus, quod à S. Patre institutum est, consentiret, voto parentū adigi potuit, hoc est, vt ipsa quoque voto religiosam vitam profiteretur: siquidem sine voto religiosa vita intelligi nulla potest.

Equidem sanctus Basilius Magnus, quo loco de allegendis in suam familiam pueris à parentibus oblati differit, in Reg. fusius disputat, interpretat. 15. nullam consensus puerorum mentionem facit, nullum periclitanda puerilis voluntatis examen præmittit, quemadmodū nec S. Bened. de filiis nobilium, vel pauperum suscipiendis agens: sed parentū oblationis duntaxat, & testium præsentia vterq; meminerūt. Ad hæc non paucis Ecclesiasticis legibus cauetur, ne filius qui à patre in infantia sua Monasterio dicitur fuerit, valeat, cum ad pubertatem venerit, egredi. Ita habetur 20. q. 1. c. 3. Monachum. Ex Concilio Tol. 4. c. 48. Monachum, aut paterna deuotio, aut propria professio facit: Quicquid horum fuerit, alligatum tenebit. Proinde his ad mundum reuertendi intercludimus aditum, & omnes ad sæculū interdicimus regressus. Idem habetur expressè c. addidistis. 2. & c. quicunque. 4. & c. quem progenitores. 6. ibid. Accedit præterea Apostoli grauissima semper autoritas, qui 1. ad Cor. c. 7. id comprobare suo calculo videtur. Sic namque ait: *Nam qui statuit in corde suo firmus, non habens necessitatem, potestatem autem habens suæ voluntatis, & hoc iudicauit in corde suo, seruare virginem suam, benefacit. Igitur, & qui matrimonio iungit virginē suam, benefacit: & qui non iungit melius facit.* Igitur, vel seruandæ virginis, vel collocandæ patri potestatem facit. Apparet.

Verū tamen, an sit ille germanus litteræ sensus, paulò accuratius expendamus, & horum locorum interpretes consulamus: ne forte falsa autoritatis imagine delusi, in scopulos impingamus. Luculentam illam Apostoli sententiam sic explicat S. Ambros. in Comment. Hoc dicit, Apostolus scilicet, vt qui virginem habet, cui animus ad nuptias non est, seruet illam: nec illi ingerat fomitem nuptiarum, quā videt nubendi voluntatē non habere. Beneficia enim si præ-

EVM Do-
MINO,
&c.

Sotus in 4. dist. 29. q. 1. art. 4.

Adreual.

Votum seruauit.

Nam voto parentum ad religiosam vitam professio nem liberis cogi possint. S. Basilius.

S. Benedict.

20. quæst. 11. Conc. Tol.

Apostolus.

Apostolus explicatur. Ambr. in c. 7. 1. Cor.

H ij